Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



112

meus non fuisset mortuus. Sed et nunc scio: quia quecumq; po
posceris a deo dabit tibi deus. Dicit illi iesus. Resurget frater tu
us. Dicit ei martha. Scio quia resurget in resurrectione: in nouis
simo die. Dicit ei iesus. Ego sum resurrectio et uita. Qui cre
dit mihi: etiam si mortuus fuerit uiuet. Et omnis qui uiuit et
credit in me non morietur in eternum. Credis hoc? Ait illi U
tq; domine. Ego credidi quia tu es xpc filius dei. qui in hunc
mundum uenisti.

In diebus illis. Dixit dominus ad moysen. Hec dices filis
israhel. Vos uidistis. quod de celo locutus sum uobis. Non
facietis deos argenteos. nec deos aureos facietis uobis. Altare
de terra facietis mihi. et offeretis sup eo holocausta. et pacifica
uestra. Oues uestras et boues in omni loco. in quo memoria
fuerit nominis mei. Audistis quia dictum e antiquis.

In diebus ill. Profectus est israel cum omnibus que habebat.
et uenit ad puteum iuramenti. et mactatis ibi uictimis deo
patris sui ysaac: auditus eum pusionem nocte uocantem se
et dicentem sibi: Iacob iacob. Cui ille respondit. Ecce adsum.
Ait illi deus. Ego sum fortissimus deus patris tui. Noli timere.
Descende in egyptum: quia in gentem magnam faciam te
ibi. Ego descendam tecum illuc. et ego inde adducam te re
uertentem.

In illo tem. Dixit iesus dis. s. Euntes predicate dicentes.
quia appinquabit regnum celorum. Infirmos curate: mortuos
suscitate: demones eiicite. Gratis accepistis. gratis date. Nol
lite possidere aurum neq; argentum. neq; pecuniam. in zonis
uestris. non peram in uia. neq; duas tunicas. neq; calciamen
ta. neq; uirgam. Dignus est operarius cibo suo. In quacumq;
ciuitatem aut castellum intraueritis. interrogate quis in ea dig
nus sit: et ibi manete donec exeatis. Intrantes autem domum